

*Alexander* frr. XVII, XXV, XXVI  
**Le visioni di Cassandra**

**La condizione dell'esule**

- (fr. XVII) CORYPHEUS Sed quid oculis rapere visa est derepente ardentibus?  
 Ubi illa paulo ante sapiens [...] modestia?
- CASSANDRA Mater, optumatum multo mulier melior mulierum,  
 missa sum superstitiosis hariolationibus;  
 [...] me Apollo fatiis fandis dementem invitam ciet.  
 Virgines vereor aequalis, patris mei meum factum pudet,  
 optumi viri. Mea mater, tui me miseret, mei piget.  
 Optumam progeniem Priamo peperisti extra me. Hoc dolet:  
 men obesse, illos prodesse, me obstare, illos obsequi.  
 Adest adest fax obvoluta sanguine atque incendio.  
 Multos annos latuit. Cives ferre opem et restinguite.  
 Iamque mari magno classis cita  
 texitur. Exitium examen rapit.  
 Adveniet. Fera velivolantibus  
 navibus complevit manus litora.  
 Eheu videte:  
 iudicavit inclitum iudicium inter deas tris aliquis,  
 quo iudicio Lacedaemonia mulier Furiarum una adveniet.
- (fr. XXV) CASSANDRA O lux Troiae, germane Hector,  
 quid ita cum tuo lacerato corpore miser?  
 Aut qui te sic respectantibus tractavere nobis?
- (fr. XXVI) CASSANDRA Nam maximo saltu superavit gravidus armatis equus  
 qui suo partu ardua perdat Pergama.